

canone ineurrisse, ac ipsius fore sententia vinculo in nodatum.

§.2. Cæterum universis, & singulis Regibus, Princibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & ceteris omnibus, cuiuscumque sint præminentia, conditionis aut status, necnon universitatibus civitatum, castorum, & aliquam locorum districtus inhibemus, ne cum eodem Michæle Palæologo in hujusmodi excommunicatione manente, societatem vel confederationem aliquam contrahere, sub quoq[ue] ingenio, vel machinatione præsumant, vel etiam ei alias in his pro quibus excommunicatus est denuntiatus à nobis, præstare contilium, vel favorem, publicum vel occultum.

§.3. Si secus præsumptum fuerit, omnes singulares personas contrarium facientes, non obstante qualibet indulgentia, sub quacumque forma verborum, vel expressione ipsis ab Apostolica Sede concessa, vel in potestum concedenda, quam quoad hoc viribus volumus omnino catere, sententiam excommunicationis, quam ex nunc in ipsos ferimus, volumus incurrite ipso facto. Terras autem ipsorum, necnon universitates prædictas, quæ secus attentare præsumperint, prout expedire viderimus, Ecclesiastico subiecto curabimus interdicto, ad privationem omnium bonorum, quæ à quibuslibet tenentur in Ecclesiis, & ad penas alfas spirituales & temporales, prout utile putabimus processuri, & nullominus societas confederationum ipsas, etiam pœnatum & juramenti adjectione, vel quacumque fuerint alia firmata vallata, decernimus irritas, & inanæ.

§.4. Ut autem hujusmodi noster processus ad communem omnium notitiam ducatur, chartas five membranas processum continentis eundem, in majoris Urbevetana Ecclesiæ appendi, vel affigi ostii, seu superliminibus faciemus, quæ processum ipsum quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, ita quod idem Palæologus, & alii contra quos processus ipse contigit, nullam possint postmodum excusationem prætendere quod ad eos talis processus non pervenerit, vel quod ignoraverint eundem, cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Adui apud Urbevetam, in platea dictæ majoris Ecclesiæ, in festo Dedicationis Basilicæ Principis Apostoli. Pont. nostri Anno primo.

HONORIUS QUARTUS PONT. CXII.
ANNO DOMINI MCCXXXV.



Honorius Quartus Romanus, Jacobus Sabellus ante dictus, Patre Luca, Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Cosmedin, alias Schola Græca. Creatus Bullar. Mag. Tom. I.

Perusii 4. Non. Aprilis Anno Domini 1285. Coronatus Romæ die 2. Kal. Maii eodem anno. Sedit annos duos, dies duos. Creavit Cardinalem unum. Obiit Romæ anno 1287. 3. Nonas Aprilis, & ad S. Petrum sepultus est, postea ad Ecclesiam S. Maria in Ara Cœli translatus, & in Sacello majorum suorum conditus. Vacavit sedes menses 10. dies 10.

Damnatio sectæ, sub nomine Ordinis Apostolorum, nulla habita Sedis Apostolicæ licentia, temerè introductæ.

Consimiles literas edidit Nicol. IV. Pont. sui anno 3. Sed his antiquioribus de more contentus, eas prætermis.

HONORIUS IV. S E P I S C O P U S, Edita A.D. 1285.
Seruus Servorum Dei: Venerabilibus Patribus, universis
patribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis
Cathedralium Ecclesiæ electis, & Vicariis eamdem,
ad quos litera ista per venerant, Salutem & Apostolicam
benedictionem.

L. 1. m. sc̄l. recor. Papa Gregorius X. prædecessor noster, in Concilio Lugdunensi omnes religiones & Ordines Mendicantium, ad inventos post generale Lateranense Concilium, qui nullam confirmationem Sedis Apostolicæ meruerunt, perpetua prohibitioni subjecit: & quatenus processerant, revocavit.

§.1. Verum sicut ad nostri Apostolatus auditum, facta querula deferente pervenit, quidam qui post generale, & ante Lugdunense prædicta Concilia, sub nomine Ordinis Apostolorum, habitum novæ religionis assumserunt, quanquam nullam aliquando confirmationem Sedis Apostolicæ meruissent, prohibitionis ac revocationis prædictæ temerarii præsumptores, eundem habitum, seu ei consimilem sub eodem nomine usque hodie defentes, & quamplures etiam alii, asumpto post dictum Lugdunense Concilium, hujuscemodi habitu, per diversas Mundi partes mendicando discurrere non verentur, facientes ea quæ non condecent, in animarum suarum periculum, & grave scandalum plurimorum: præsertim cum nonnulli, pravitatis hereticæ virtio laborantes, sub hujusmodi habitu sint inventi.

§.2. Nos igit volentes talium prævaricatorum insolentem audaciam refrænari, prædictam, non tam religionem, quæ perniciosam lectam penitus aboleri, ne forte fidelium simplices falsa sanctitatis eorum imagine seducantur, universitati veltræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus quoq[ue] de prædictis in vestris civitatibus & diœcœlis invenientे contigerit, eos ad dependentum hujusmodi habitum, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis, monentes eosdem, ut si religiosam vitam ducere cupiunt, ad aliquam se transferant de Religionibus approbatib[us]. Quod si aliqui eorum censuram prædictam contempliri, vos contra ipsos ad penam carceris, seu aliam, prout expedit videbitis, procedatis, invocato adversus eos, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.3. Cæterum ut prædicti eo facilius à sua insolentia compescantur, quo magis à CHRISTI fidelibus abjici se nemque præviderint & contemni: Volumus nihilominus, quod hujusmodi processum nostrum, in veltrorum civitatum & diœcœli terminis, iteratis vicibus publicantes, ac facientes per aliquos publicari, eosdem populos auctoritate nostra moneatis, & inducatis attente, ne aliquam de prædictis præfatum habitum deferentibus, recipere præsumant in hospitio, vel eis aliquas elemosynas largiantur, nec ad dependentum habitum, seu ei consimilem, impendant consilium, auxilium, vel favorem.

Dat. Romæ apud S. Sabinam, 5. Id. Martii, Pont. nostri Anno 1. sub anno Dominicæ incarnationis 1285.

Q. 1. Quidam tam religionem sub nomine Ordinis Apostolorum induxerunt multa mala patentes.

Hic ergo P[ro]t. eam dñnat.

Dat. P. A. 1. die 1. Mar.

Quod

NICOLAVS IV. PONT. CXCIII.
ANNO DOMINI M CCLXXXVIII.



II. Quod filii & nepotes ejus qui de hæresi inquisiti & absolutus fuit, ad officia & beneficia admitti possint.

Concordat Conf. 12. Alex. IV. Quod super, §. 12.

*Edita Anno D. H O N O R I V S E P I S C O P U S,
1286.
Servus Servorum Dei : Dilecto filio Fratri Galgano de
Eugubio, Ordinis Fratrum Minorum Inquisitori hereti-
ca pravitatis in Ducatu Spoletoano, Saluem, & Apostoli-
cam benedictionem.*

*Romanus Pts. frequentes
Inquisitoribus commis-
sionis hæresi-
os & fauto-
res corrumque
filios & ne-
potes benefi-
ciis & offi-
ciis privari.
& Alex. IV.
declaravit
id intelligi de
filii & nepo-
tibus non co-
muniis, in
uersorum, in
eius bullâ
et. in sub.*

Exhibita nobis dilecti filii Archionij militis nati quoniam Philippi dicti Palmerii militis Spoletoani petitio continebat, quod olim significantibus fel. rec. Alexandro Papa praedecessori nostro Inquisitoribus pravitatis hæreticæ per Italianam deputatis, quod frequenter à Sede Apostolica committebatur eisdem, ut tam hæreticos, credentes, fautores, & receptatores hæreticorum, quam ipsorum filios & nepotes privandi dignitatibus, personatibus, & officiis publicis, & beneficiis ecclesiasticis, de dicœsanorum, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio haberent liberam potestateim: & qualiter hoc debet intelligi postulantibus declarari, præfatus praedecessor eisdem Inquisitoribus per suas duxit literas respondendum, quod de filiis & nepotibus illorum hæreticorum, creditum, & aliorum hujusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videbatur, non autem illorum quos emendatos esse constaret, ac proculpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ penitentiam receperisse, quam ipsi vel jam perfecerant, vel humiliter profectioni ejus instarent, vel parati fuerant dum viverent, ad recipiendum eandem.

*Quidam Phi-
lippus inqui-
sus & emi-
dens fuit, &
tamen Com-
munitas Spo-
leti nolabat
admittere ad
officia Ar-
chionum eius
filium, neque
hujusmodi.*

S. 2. Verum licet Inquisitor pravitatis hujusmodi, tunc in partibus illis per Sedem Apostolicam deputatus memoratum Philippum, qui sibi confessus extitit, quod cuidam hæretico reverentiam fecerat, quædam contra fidem proferendo Catholicam, privaverit bonis suis, ac idem Philippus injunctam sibi propter hoc ab eodē Inquisitore penitentiam perficerit reverenter, ac tandem licet verò Catholicus, receptis ecclesiasticis sacramentis viam fuerit universa carnis ingestus, & ab Inquisitore præfato etiam absolutus, tamen Potestas, Consilium & Commune Spoletoanum dictum Archionum ejusque filios occasione præmissorum, ad officia civitatis Spoletanæ pro sua recusant admittere voluntate. Quare prælibatus Archionus nobis humiliiter supplicavit, ut nos misericorditer attenderentes, quod idem Philippus, sicut præmittitur, tanquam vero Catholicus & fidelis Ecclesiæ Romanæ decessit, eundem Archionum & filios ejus decernimus, juxta præmissum ejusdem prædecessoris responsum in aliquo puniri occasione hujusmodi non decere: sed eos ad omnia laicularia officia, & beneficia ecclesiastica, & dignitates, ac ad omnes ordines, impedimento hujusmodi non obstante, potius admittendos.

*Hic tamen
potest. iubet
eos admitti,
confito esse
fideles.*

S. 3. Quia igitur de facto hujusmodi & ejus circumstantiis habere potestis notitiam plenioram, Nos gerentes de circumspectione tua fiduciam in Domino speciale, præsentium tibi auctoritate committimus & mandamus, ut si diligenter inquisitione præmissa prædicta invenieris veritate fulciri, & sibi etiam constituerit, quod præfati Archionus & filii non sint de hæretica pravitate suspeeti & in fidelitate ac devotione Ecclesiæ supradictæ persistant (super quibus omnibus tuam intendimus conscientiam onerare) auctoritate nostra denuntias, & declaras, quod propter præmissa, vel eorum occasione nihil eis possit objici, vel opponi, quin ad omnia laicularia officia, & beneficia ecclesiastica, etiam dignitates existant, illis non obstantibus assumi libetè valcent: & hi qui liberati esse noscuntur, ad omnes ordines promoveri, prout secundum Deum, & honorem Catholicæ fideli videtur expedire. Quicquid autem super his inventaris, & dux eris faciendum, nobis per tuas patentes litteras hanc seriem continentes fideliter studeas intimare.

*D. P. A. 1.
die 27. No-
vemb. II.*

Dat. Romæ, apud S. Sabinam, 5. Kalendas Decembri, Pontificatus nostri Anno secundo.

Nicolaus IV. Asculanus, humili genere in Picentibus ortus, Fr. Hieronymus Asculanus antea dictus, Episcopus Praenestinus. Creatus 8. Kal. Martii, Anno domini 1288. Coronatus 6. Kal. Martii, eodem anno. Sedis annos 4. mensem unum, dies quatuordecim. Creavit Cardinals 8. Obiit Romæ pridie Nonas Aprilis 1292. & in Ecclesia S. Mariæ Majoris sepultus. Vacavit Romana Sedes annos duos, menses tres dies duos.

Quod Christiani ad Iudeorum ritum transeuntes, ipso Iudei ad Christianam fidem conversi, ad illum redeuntes, ab Inquisitoribus uti hæretici, eorumque auxiliatores puniantur: Iudei verò Christianos ad eorum ritum trahentes poena debita compescantur.

*Eiusdem argumenti constitutiones ediderunt Clemens
IV. Conf. 13. & Conf. 14. Greg. X. hic sup. Conf. 3.
Turbo, quas declaravit Bonifac. VIII. in cap. Contra
de hæret. in 6. Prout aliam similem legem
statuit contra hujusmodi Christianos, & Sar-
cenos Gregorius X. 1. in eius confit. 2. Admo-
dum.*

N I C O L A V S E P I S C O P U S, Edita
*Servus Servorum Dei : Dilectis filiis Fratribus Predica-
torum, & Minorum Ordinum, Inquisitoribus hereti-
ca pravitatis, auctoritate Sedi Apostolica deputatis, &
in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedi-
ctionem.*

URBATO corde audivimus, & narramus, Causa
quod non solum quidam de Iudaicæ cæcis
tatis errore ad lumen fidei Christianæ con-
versi, ad priorem reversi esse perfidiam di-
gnoscuntur; verum etiam quæplurimi
Christiani, veritatem Catholicæ fidei abnegantes, se
damnabilitatem ad ritum Iudaicum transulerunt, quod
tanto magis reprobum fore cognoscitur, quanto ex hoc
CHRISTI nomen sanctissimum, quadam familiariter ho-
stilitate securius blasphematur.

§. 1. Cum autem huic pesti damnabili, congruis & fe-
stini deceat remedii obviare, universitati vestra per
Apostolica